

VICARIUS APOSTOLICUS.

SUMMARIUM.

- 1 Pro Vicario Apostolico quis hic intelligatur.
- 2 Talis Vicarius Apostolicus potest ibi ea omnia facere, quae potest Episcopus receptis Pontificalibus.
- 3 Vicario Apostolico, ultra potestatem ordinariae Jurisdictionis sibi tradita, concedi solent multae aliae facultates pro temporum, locorum, ac personarum dispersa exigentia.
- 4 Potest visitare diocesim; & si cum ipso visitet etiam Episcopus, non potest se ingerere, nisi in exercitio Pontificalium; Nec possunt Episcopus, & Vicarius Apostolicus simul ducere secus plus quam quinque personas.
- 5 Potest sine interventu Episcopi facere Concursum, & celebrare synodum.
- 6 Potest, immo debet invigilare super manutentione introitus mensae episcopalis.
- 7 Non potest tamen se intrromittere in redditibus mensae, nisi in quantum sibi debetur pro suis provisionibus, & interesse, & non in aliis.
- 8 Non potest dimissorias ad Ordines concedere.

tur, ut Apollineae facultatis professoribus sit praecipuum, ad minus secunda visitatione, & morbis acutis circa confessionem faciendam aegrotos commonefacere (2), alias inter rationes, quia etiam ex animae sanitate nonnumquam corporis salus dimanat: sicut in condemnatis ad mortem evenit: nam Sacrosanctum hoc Viaticum eis, administari, pridem quam ad supplicium ferantur, vel sit exequenda sententia, debet (3); quae quidem poena minime differenda venit, quamvis confiteri resistant.

Tantus honor circa hoc tam magnum Sacramentum est Regum Catholicorum praerogativa infusus, & inseparabilis, ut impetent, omnes Christicolae, nullo excluso, Regia Persona, nec ceteris ex Regia Stirpe, esse Sacrosanctum D. N. Jesu Christi Corpus comituros, dum ad infirmos deferuntur (4): ad ejus invitationem Consilium Castellae Supremum, ut procederet, cum idem invenisset, decrevit, Praesidentem, Gubernatoremve in hujusmodi naturae casibus, ceterosque Ministros ex rheda descendere, Sacerdotem, in ea qua Gubernator sedeat, ingrediendo, & usquequo in Sarcario collocetur, Sanctissimum Corpus Christi semper assecundum (5).

perda la mitad de sus bienes, y sean para la nuestra Cámara: L. 28. tit. 1. lib. 1. Ind.: Todo fiel Cristiano estando en peligro de muerte, confiese devotamente sus pecados, y reciba el Santísimo Sacramento de la Eucharistia, según lo dispone nuestra Santa Madre Iglesia, a pena de la mitad de los bienes del que muriere sin Confesion y Comunión, pudiéndolo hacer, que aplicamos á nuestra Cámara:

(2) L. 3. tit. 16. lib. 3. Porque principalmente en los enfermos se ha de tener consideración á la cura del ánima, pues de ella proviene algunas veces la corporal, y por experiencia se ve morir algunos sin confesar, por causa de no lo decir los Médicos, y guardar lo que el derecho canónico manda; y por evitar lo susodicho, mandamos que los Médicos y Cirujanos guarden lo dispuesto por derecho canónico en advertir á los enfermos que se confiesen, especialmente en las enfermedades agudas, en las cuales el Médico, y Cirujano que las curare, sean obligados á lo menos en la segunda visita de amonestar al doliente que se confiese:

(3) L. 9. tit. 1. lib. 1. Por quanto nuestro Santo Padre Pio V. en conformidad de lo que por los sacros cánones estaba estatuido, por un propio motu ha proveido que á los condenados á muerte, en quien se ha de hacer execucion de Justicia, no se deniegue, antes se les dé el Santísimo Sacramento del Altar: mandamos que todas las personas que fueren condenadas á muerte, y se hubiese de executar la justicia: se les dé un día antes: y porque no se tome esto por medio para dilatar la execucion de la justicia: mandamos á las Justicias estén advertidas que por semejantes cauteladas no se difiera la execucion de la justicia. L. 7. tit. 13. lib. 8. Ibi. Procurando todavia los dichos Alcaldes, como el tal malhechor resciba los Sacramentos que pudiere rescibir, como Católico Cristiano:

- 9 Non potest ipsas dimissorias concedere subditis Nullius, sed ipsa concedenda sunt ab Episcopo viciniori.
- 10 Neque potest beneficia conferre, nisi specialiter sibi in Brevis fuerit concessum, sed hoc spectat ad Episcopum.
- 11 Si autem Episcopus reperiretur suspensus à Jurisdictione, & haberet praeservatum Jus conferendi beneficia, non posset ex approbatis digniorem praeligere, sed hoc pertineret ad Vicarium Apostolicum.
- 12 Neque potest processare, & punire Vicarium Episcopi sine speciali licentia Sacrae Congregationis.
- 13 Neque à fortiori potest se intrromittere in causis personarum Episcopi concernentibus.
- 14 Et à contrario neque Episcopus ullam habet Jurisdictionem in Vicarium Apostolicum.
- 15 Item, neque potest Episcopus Vicarium Generalem tenere tempore Vicarii Apostolici, neque exequi Literas Apostolicas sibi directas sub nomine Dignitatis, sed Vicarius.
- 16 Vicarius Apostolicus non est associandus à Canonico, ut Episcopus.
- 17 Neque iherificandus est ter in missa solemniter, ut Episcopus. Neque triplici ductu iheribuitur, praesente Episcopo, sed dupliciter tantum.
- 18 Neque ei debet deferri osculandus liber Evangeliorum.

(4) L. 2. ejusd. Porque á nuestro Señor son aceptos los corazones contritos, y humildes, é el conocimiento de las criaturas á su Criador: mandamos y ordenamos, que quando aciesiere que Nos, ó el Principe hgedero, ó Infantes nuestros hijos, ó otros cualesquier Cristiano, vieremos que viene por la calle el Santo Sacramento del Cuerpo de nuestro Señor, que todos seamos tenudos de lo acompañar fasta la Iglesia donde salió, y fincar los hinojos para le hacer reverencia, y estar así hasta que sea pasado: y que Nos no podamos excusar de lo así hacer por lodo, ni por polvo, ni por otra cosa alguna: L. 26. ejusd. Ind. Los Virreyes, y Oidores, Gobernadores, y otros Ministros de qualquier dignidad, ó grado, y todos los demas Christianos que vieren pasar por la calle el Santísimo Sacramento, son obligados á arrodillarse en tierra, á hacerle reverencia, y estar así hasta que el Sacerdote haya pasado, y acompañarle hasta la Iglesia de donde salió: y no se excusen por lodo, ni polvo, ni otra causa alguna:

(5) Auct. acord. 3. ejusd. Con motivo de haber encontrado el Consejo, viniendo á la visita general, al Sacrosanto Cuerpo de Dios Sacramentado, que se llevaba por Viático á un enfermo, y con la justa reflexion de quanto debe venerarse tan sagrado misterio, en cuyo mas profundo, y reverente culto se logran las mayores Soberanias; y de los exemplares de los Señores Reyes, que han practicado la Católica demostracion de su Real asistencia; acordó, que aunque el Consejo vaya junto á qualquier funcion, si en el tránsito hallare algun Sacerdote que lleve por Viático al Santísimo, dexen los coches, el Presidente, ó Gobernador, y todos los Ministros; y tomando el Sacerdote el de dicho Presidente, ó Gobernador, le acompañen á pie hasta dexarle colocado en su Sarcario en la Iglesia de donde hubiere salido:

- 19 Neque potest habere eodem Clericos cum cottis, & quatuor candelas accensas, dum celebrat.
- 20 Neque potest facere functiones episcopales, absente Episcopo.
- 21 Neque potest missas solennes cantare, SS. Sacramentum, & Reliquiarum paratos deferre.
- 22 Vicarius Apostolicus durat etiam mortuo Papa.
- 23 Vicarius Apostolicus Episcopi durat etiam ipsamortuo.
- 24 Et tunc ex abundantia solet Sacra Congregatio inhibere Capitulis, ne procedant ad electionem Vicarii Capitularis.
- 25 Vicarius Apostolicus, Sede vacante, potest omnia facere, ut Vicarius Capitularis.
- 26 Tenetur residere in diocesi.
- 27 Neque potest succedere vocatus à Principe.
- 28 Neque ut ad Urbem decedat.
- 29 Praecedentium super omnes habet in Choro, si non nonnulli in Canonico.
- 30 Si dignior Sedes in choro sit occupata, Dignitates, & Canonici descendere debent inferius uno gradu.
- 31 Vicarius Apostolicus salarium habere debet, & quantum.
- 32 Dignum salarium incipit currere solum à die possessionis exercitii.
- 33 Si Vicarius residet in eadem civitate, non debentur ei expensae pro accessu, & recessu, si ab ea revera non recederet.
- 34 Neque potest usquequo recedat summam taxatam pro recessu praeterdere.
- 35 Si Episcopus habet tenues redditus, taxatur tenuior summa.
- 36 Haec taxa in dicto casa reduciuntur ad centum quinquaginta scuta, & aliquando ad centum.
- 37 Si assignata provisio ipsi retardetur, ab ipsomet Vicario recipitur Auctoritate Apostolica.
- 38 Vicarius Apostolicus ultra provisionem praedictam debet habere emolumenta Vicariatus; Non tamen quae ex sigillo proveniunt.
- 39 Avenientis Vicarii Apostolici appellatur ad Metropolitanum, non ad Papam.
- 40 Alia usque ad num. 49. inclusive rati summarie referuntur.
- 50 Vicarius Apostolicus sicut solet mitti propter plures, & diversas justas causas, ita propter plures, & diversas justas causas solet removeri.
- 51 Assignantur praecipuae cause, propter quas solet mitti, seu deputari.
- 52 Assignantur praecipuae cause, propter quas solet removeri.
- 53 Vicario Apostolico in omnibus Ecclesiis, & ecclesiasticis functionibus, quanam prerogative debeantur.
- 54 Subnectuntur Supplementa Auctoris, ad n. 63.
- 64 Additiones ex aliena manu.

Pro Vicario Apostolico non intelligitur hic Eminentissimus Cardinalis Vicarius Urbis, cui competentissimae facultates ex concessione variorum Summorum Pontificum, & signanter Pauli II. constit. incip. Licet ecclesiarum: Julii II. constit. incip. Decretum: Pauli III. constit. incip. Licet: Clementis X. constit. incip. Supremo: Innocentii XIII. constit. incip. Quamvis Ecclesiarum: & novissime Benedicti XIII. in suo Motu proprio expedito sexdecimo kalendas Septembris anno 1724. Pontificatus anno primo; ubi, ut observat, & refert Eminentissimus Cardin. Petra. tom. 5. comment. in constit. 1. Pauli II. num. 61. amplas facultates à Clemente X. Eminentissimo Urbis Vicario concessas, & à Innocentio XII. restrictas ampliavit ad terminos primavae concessiones Clementis X. Unde de isto non est hic sermo, sed de illo Vicario Apostolico, qui interdum mittitur à Summo Pontifice cum Brevis, vel à Sacra Congregatione Episcop. & Regularium ex aliqua legitima causa cum literis ejusdem, cum facultate administrandi totam Jurisdictionem episcopalem, aliquibus tamen exceptis casibus in particulari: Et hic Vicarius Apostolicus mitti solet aliquan-

do Sede Episcopali plena, & aliquando Sede vacante. Talis Vicarius Apostolicus potest ibi ea omnia facere, quae potest Episcopus, exceptis Pontificalibus; sicut Jurisdicção Vicarii Apostolici est eadem, ac Episcopi, cap. Quoniam 19. dist. 61. cap. Is cui, de election. in 6.

Vicario Apostolico ultra potestatem ordinariae Jurisdictionis sibi tradita concedi solent multae aliae facultates pro temporum, locorum, ac personarum dispersa exigentia; Unde diligenter attendendum est Breve Pontificium, & animadvertenda literae Sacrae Congregationis, si ab ipsa sit missus, ac deputatus; Signanter autem solet ei concedi, ut possit exequi literas Apostolicas Episcopo, vel ejus Vicario directas; quae ac si dirigerentur ipsimet Vicario Apostolico; Sic declaravit etiam in casu dubio Sac. Congr. Episcop. in una Assisiana. 10. Maji 1583. in una Bisiniana. 18. Maji 1632.

Vicarius Apostolicus potest visitare diocesim; & si cum ipso visitet etiam Episcopus, non potest Episcopus se ingerere in visitatione, sed solum in exercitio Pontificalium, si non sit ei interdictum: nec possunt Episcopus, & Vicarius Apostolicus simul ducere secum plus quam quinque personas, ut, ne Clerus eo casu duplicibus expensis gravetur, statuit Sac. Congr. Episcop. in una Cajacen. 20. Aprilis 1601. in Contentina 9. Novembris 1652. & in Bisiniana. 23. Augusti 1652.

Ad Vicarium Apostolicum solum sine interventu Episcopi spectat facere concursum, sicut & synodum; & declarare magis idoneum, quia Episcopus non habet, nisi administrationem Ordinis, nisi sit ipsi interdicta etiam ista administratio; Sac. Congr. Episcop. in una Lycien. 9. Junii 1608. & in Bisiniana. 16. Maji 1652.

Potest, immo debet Vicarius Apostolicus invigilare super manutentione introitus mensae episcopalis, cum ad ipsam hoc spectet; Sac. Congr. Episcop. in una Tranen. 7. Junii 1652. Non tamen potest se intrromittere in redditibus mensae, nisi in quantum sibi debetur pro suis provisionibus, & interesse, & non in aliis; Sac. Congr. Episcop. in Capuaquena. 8. Octob. 1585. & in Lanianen. 17. Novemb. 1646.

Neque potest dimissorias ad Ordines concedere, cum haec facultas illi in specie auferri soleat in Brevis, ut pluries censuit Sac. Congr. Episcop. & signanter in Tranen. 9. Junii 1745. & in Ugentina. 8. Oct. 1654. Neque potest Vicarius Apostolicus concedere dimissorias subditis Nullius, sed ipsis concedenda sunt ab Episcopo viciniori: Sacra Congr. Episc. in una Nullius 9. Aug. 1604. & antea saepissime, ut refert Nicolaus in Floscul. verb. Dimissoriae num. 4.

Neque potest beneficia conferre, nisi specialiter sibi in Brevis fuerit concessum, sed hoc spectat ad Episcopum in suis mensibus de Jure ordinario: Sac. Congr. Episcop. in Tarentina 3. Decembris 1586. Si autem Episcopus reperiretur suspensus à Jurisdictione, & haberet praeservatum Jus conferendi beneficia, non posset ex approbatis in concursu parochialis digniorem praeligere, sed hoc pertineret ad Vicarium Apostolicum, ut praeter decreta, quae referuntur à Fagnano in cap. Illa, Ne Sede vacante num. 30. & saep. declaravit Sac. Congr. Concilii in Sorana 12. Decemb. 1699. apud Monac. par. 1. tit. 4. formul. 16. n. 3.

Neque potest processare, & punire Vicarium Episcopi sine speciali licentia; & concessione Sacrae Congregationis, ut declaravit Sac. Congr. Episcop. in Lanianen. 15. Decemb. 1587. & in Assisiana. 21. Junii 1588. Neque à fortiori potest se intrromittere Vicarius Apostolicus in causis personarum Episcopi concernentibus; sive in civilibus, sive in criminalibus, sive in mixtis, nisi super his specialiter illi concedatur à Summo Pontifice, vel Sacra Congregatione; Sic censuit Sac. Congr. Episc. in una Cajacen. 20. April. 1640.

Et è contrario neque Episcopus ullam habet Jurisdictionem, & auctoritatem in Vicarium Apostolicum, ita ut, si ipse delinquit, nec informationes capere possit contra ipsum; nequidem officio finito; Et mul-

BIBLIOTECA CENTRAL

to minus poterit edicto aliquo ipsius honorem deturpare, ut declaravit Sac. Cong. Episc. in una *Theanen.* 30. *Martii* 1712. & in *Monopolitana* 16. *Octobris* 1627. 219

14 Item neque potest Episcopus tenere Vicarium Generalem tempore, quo adest Vicarius Apostolicus, nec alio modo se intrinsece valet in negotiis Jurisdictionem tangentibus; Immo neque potest exequi litteras Apostolicas sibi directas sub nomine Dignitatis, ut declaravit. Ead. Sac. Cong. Episcop. in *Nolana* 27. *Sept.* 1641.

15 Vicarius Apostolicus non potest compellere Canonicos ad deducendum illum a palatio ad ecclesiam, & ab ecclesia ad palatium, quia hoc est proprium privilegium Episcopi; Ead. Sac. Cong. Episcop. *sub die* 28. *Augusti* 1589. fol. 268. §. 101.

16 Neque potest pretendere, ut sibi ter detur incensum inter missarum solemnias, nempe in principio missae, post Evangelium, & in offertorio, sed semel tantum dari debet in offertorio, & non amplius. Et tunc si Episcopus est praesens bis ducto thuribulo, si absens ter ducto; Sac. Cong. Episc. in *Cajetana* 14. *Jan.* 1595.

17 Neque potest pretendere, ut sibi deferatur osculandus liber evangelii, nisi sit Episcopus, quia hoc est privilegium solis Episcopis concessum; Sac. Cong. Episcop. 28. *Aug.* 1589.

18 Neque potest habere duos Clericos cum cotta, quando celebrat, ut ipsi interserviant, etiamsi sit Protonotarius Apostolicus, & nec quatuor candelas accensas in altari tenere, nisi hoc fuerit propter ibi festivitatem currentem; Sac. Rit. Cong. 7. *Aug.* 1627.

19 Neque potest facere functiones episcopales absente, vel impedito Episcopo, sed hoc spectare ad primam dignitatem, & successive ad alios seniores de Capitulo, declaravit Sac. Rit. Cong. in *Brundisina* 5. *Febr.* 1614. in *Alatrina* 22. *Januar.* 1618. in *Algaren.* & in *alia Brundisina* 20. *Decembris* 1625.

20 Neque potest missas solemnes cantare, SS. Sacramentum, aut sacras reliquias paratas deferre, nec alia functionibus ecclesiasticis se immiscere, sed tantum praesere, ut omnia suo ordine recte fiant; Sac. Cong. Episcop. in *Sassaren.* 14. *Aprilis* 1592. in *Bisitanen.* 16. *Maji* 1600. in *Spolejana* 22. *Decemb.* 1611. in *Ortonen.* 19. *Sept.* 1627.

21 Vicarius Apostolicus deputatus a Papa durare solet absque controversia etiam Sede Apostolica vacante; Sac. Cong. Episcop. in *Lycien.* 17. *Novemb.* 1590. & ead. anno in *Castellaniana*.

22 Immo si Vicarius Episcopi mortui fuerit missus a Papa, vel a Sacra Congregatione, non potest per Capitulum, Sede vacante, expelli, & novus Vicarius Capitalaris eligi; Sac. Cong. Episc. in *Aquilana* 4. *Augusti* 1578.

23 Solet tamen ex abundantia Sacra Congregatio occurrere casu vacationis, prohibere Capitulis, ut non procedant ad electionem Vicarii Capitalaris; Sac. Cong. Episcop. in *Spolejana* 2. *Aprilis* 1591. in *Lycien.* 22. *Dec.* 1638. in *Bisitanen.* 2. *Aug.* 1647.

24 Vicarius Apostolicus missus, Sede vacante, potest expedire litteras, quae Vicariis Episcopalibus dirigi solent, ac dimissorias post annum, & infra annum arctatis, ac si esset Vicarius Capitalaris, nisi hoc ei specialiter sit prohibitum; Sac. Cong. Episcop. in *Aquilana* 22. *Sept.* 1628. (Vid. utpote aliquid conducit Concordat. an. 1640. verb. *Forum*.)

25 Vicarius Apostolicus tenetur residere in diocesi, ad quam regendam missus fuit, nec potest ab ea ad longum tempus discedere, & alium substituere absque praevia licentia Sacrae Congreg. Episcop. ut ead. Sac. Cong. declaravit in *Spolejana* 19. *Junii* 1647.

26 Quod habet locum, etiamsi sit vocatus ab aliquo Principe, nam neque tunc potest; Sac. Cong. Episc. in *Messanen.* 27. *Maji* 1603. Neque potest absque dicta licentia discedere, etiamsi sit accessurus ad Urbem; Sac. Cong. Episcop. in *Reatina* 12. *Dec.* 1600. (Vid. *lit. E. pag.* 269. in *add. prima bisp.*)

28 Vicarius Apostolicus debet habere in choro, si non sit Canonicus, praecedentiam supra omnes, & ideo

sedere debet in digniori sede, non tamen in solio Episcopali; Sac. Cong. Episcop. in *Cajetana* 22. *Januarii* 1596. Quod si dignior Sedes chori esset occupata, tunc Dignitates, & Canonici descendere debent inferius uno gradu, reliquendo majorem ipsi Vicario; Sac. Cong. Episcop. in *Lycien.* 14. *Augusti* 1590.

Vicarius Apostolicus debet habere salarium scutorum ducentorum monetae Romanae pro singulis annis ab Episcopo, vel a Mensa Episcopali Sede vacante, nisi in Brevi Pontificio aliter exprimeretur, & insuper scuta quinquaginta ejusdem monetae pro accessu, & recessu, id est 25. pro accessu, & totidem pro recessu; Aliquando tamen tasat minus, vel plus secundum locorum distantiam; Sac. Cong. Episcop. in *Caputaquen.* 20. *Septemb.* 1580. in *Cajacen.* 17. *Februarii* 1603. & plures alibi. Quod salarium non incipit currere a data Brevis, sed a die possessionis, & ingressus in civitatem, quando cepit Jurisdictionem exercere. Et ratio est, quia pro Viatico dantur sibi expensae accessus, ut dixit ead. Sac. Cong. Episcop. in *Brundisina* 10. *Junii* 1611. in *Cajacen.* 23. *Novembris* 1640.

Si autem deputaretur Vicarius Apostolicus aliquis in eadem civitate residents, non posset iste pretendere expensas accessus, neque recessus, si ab ea revera non recederet; Sac. Cong. Episcop. in *Bisitanen.* 19. *Junii* 1645. in *Treventina* 2. *Martii* 1646. Neque potest, usquequo discedat, summam taxatam pro recessu pretendere; Sac. Cong. Episc. in *Cajacen.* 23. *Novembris* 1640.

Si vero episcopatus habeat tenues redditus, & deducta provisione praedicta, non posset Episcopus cum residuo decenter sustentari, deberet fieri nova taxatio, & dimitti praedicta provisio habita ratione paupertatis Episcopi; Sac. Cong. Episcop. in una *Nullius Altamura* 7. *Decemb.* 1604. & in *alia* 2. *Augusti* 1747. Quae moderatio potest, immo debet fieri ad scuta centum quinquaginta, & aliquando ad centum pro praedicta ratione paupertatis, & tenuitatis reddituum episcopali; Sac. Cong. Episc. in *Ferentina* 22. *Augusti* 1653. in *Cotron.* 3. *Octobris* ejusdem anni.

Si assignata provisio ipsi retardetur, potest ipse Vicarius auctoritate Apostolica fructus mense episcopalis sequestrare, quousque satisfactionem recipiat; Sac. Cong. Episcop. in *Cajacen.* 29. *Novemb.* 1600. in *Theanen.* 17. *Septemb.* 1602.

Vicarius Apostolicus ultra provisionem praedictam una cum accessu, & recessu debet habere solita emolumenta Vicariatus, & honoraria pro decretis, non tamen habere debet, nec recipere potest emolumenta, quae proveniunt ex sigillo; Illa enim spectant ad Episcopum, sive ad mensam; Sac. Cong. Episcop. in *Aquilana* 24. *Octobris* 1585. in *Theanen.* 21. *Augusti* 1615.

A sententiis Vicarii Apostolici appellatur ad Metropolitanum, non ad Papam, ut declaravit Sac. Cong. Episc. facta verbo cum Sanctissimo Papa Gregorio XIII. in una *Salernitana* 7. *Julii* 1580. & in *Caputaquen.* 21. *Aprilis* 1686.

Vicarius Apostolicus non potest absolvere a censuris Sedi Apostolicae reservatis sub quocumque pretextu, & causa; Sac. Cong. Immm. in *Cosentina* 10. *Maji* 1633. *lib. 2. Decret. Paul.* pag. 156.

Non habet auctoritatem extrahendi confugitos, nec res a loco immuni, & homicidam a se extractum tenetur restituere ecclesiae; Sac. Cong. Immm. in *Nolana* 2. *April.* 1695. *lib. 1. Decret. Vall.* pag. 180.

Vicario Apostolico prohibetur concedere terminum, & recursum in causis violatae Immunitatis; Sac. Cong. Immm. in *Lycien.* 26. *Jun.* 1629. *l. 1. Decr. Paul.* p. 143.

Acrius monetur Vicarius Apostolicus Reatinus ob commissionem causae violatae Immunitatis, & libertatis datam Archiepiscopo N. commoranti in regno suo motivo, quod in regno nequeat exequi decreta emanata a Judicibus in Statu Ecclesiastico existentibus absque Exequatur Regio; Sac. Cong. Immm. in *Reatina* 8. *Augusti* 1701. *lib. 3. Decr. Vall.* pag. 435.

Reprehenditur, quia permisit curiae laicali extra-

here cadaver ad ecclesiam pro recognitione corporis delicti; Sac. Cong. Immm. in *Sorana* 13. *Jan.* 1699. *lib. 4. Decret. Vallem.* pag. 197.

Item quia requisitus renuit procedere contra violatores Immunitatis ecclesiasticae, Sac. Cong. Immm. in *S. Agathe Gotborum* 10. *Februarii* 1611. *lib. 1. Decr. Vall.* pag. 203.

Eidem precipitur, ut incubat carcerationi compliciti homicidii facti in ecclesia; Sac. Cong. Immm. in *Ead. 5. Maji* 1611. *lib. 1. Decr. Vall.* pag. 219.

Eidem datur facultas extrahendi, & assecurandi res ad mensam episcopalem pertinentes existentes in locis Immunitibus; Sac. Cong. Immm. in *Hyeracen.* 19. *Februarii* 1695. *lib. 1. Decr. Vallem.* pag. 172.

Item datur facultas perquirendi, & extrahendi ex palatio Episcopi res spectantes ad Episcopum, exceptis sacris suppellectilibus; Sac. Cong. Immm. in *Nolana* ead. die *libi*.

Cum facultate Apostolica potest consignare curiae laicali res, & acta corporis delicti cum solita praeservatione; Sac. Cong. Immm. in *Immolan.* 10. *Nov.* 1695. *lib. 1. Decret. Vall.* pag. 231.

Vicarius Apostolicus, sicuti solet mitti propter plures, & diversas justas causas, ita propter plures ac diversas justas causas solet removeri. Causae autem praecipuae, propter quas solet mitti, sunt deputari, sunt sequentes. Primo, si Episcopus male gubernet. Secundo, si sit sordidus. Tertio, si sit senex. Quarto, si sit suspensus a Jurisdictione. Quinto, si non expedit Bullas per multos annos. Sexto, si sit morosus in pensione solvenda. Septimo, si sit processandus. Octavo, si sit vocatus ad Urbem. Nono, si non residet. Decimo, si non vult recipere Vicarium missum ab Urbe. Undecimo, si moriatur morte violenta. Duodecimo, si Capitulum in electione Vicarii Capitalaris non concordat. Tertio decimo, si Capitulum eligit indoctum. Quarto decimo, si Vicarius Capitalaris vocetur ad Urbem. Quinto decimo, si ecclesia diu vacavit. Sexto decimo, si interesse Camerae Apostolicae ita requirit. Decimo septimo, si negligit Episcopus exequi decreta Visitationis Apostolicae. Decimo octavo, propter utilitatem ecclesiae. Decimo nono, propter aliquos gravissimos respectus. Vigesimo, propter inhabilitatem, vel impedimentum Episcopi.

Causae vero, propter quas Vicarius Apostolicus solet removeri, sunt praesertim sequentes. Primo, si Episcopus non sit solvendo. Secundo, si ecclesiae fuit provisio de Pastore. Tertio, si Episcopo restitutum Jurisdictione. Quarto, si ipse Vicarius pecuniam indebitè extorqueat. Quinto, quando non defendit Immunitatem. Sexto, quando in ipso deregitur aliqua infamia prius ignorata. Septimo, si damnatus sit, ex quo converteretur cum bannito. Octavo, si filios bastardos habeat prius ignoratos. Nono, si illicite negotietur. Decimo, si sit exosus populo, & Clero. Undecimo, propter interesse Camerae. Duodecimo, si contra prohibitionem expressam Sacrae Congregationis praefatum cum Monialibus habeat; Sic doctissimus Pellegrinus in *praxi Vicariorum* part. 1. *sect.* 6. ubi omnes supradictas causas tum deputationis, tum remotionis assignat, afferens pro omnibus decreta Sacrae Congregationis, & insuper formulam deputationis per extensum.

Vicario Apostolico in omnibus ecclesiis, & ecclesiasticis functionibus debentur tantum illa prerogativa, quibus gaudet Vicarii Generales Episcopi, & titulus illustrissimi Vicario Apostolico non debetur; Sac. Rit. Cong. in *Spolejana* 12. *Augusti* 1684. & in *Imolana* ead. die & anno.

* Vicarius Apostolicus a Pontifice per se immediate, vel per Sacram Congregationem Episcop. & Regular. ecclesiae vacanti, vel plene praeficitur, triplici de causa, nempe, vel quia timetur de nimium diuturna Sedis vacatione, vel quia Episcopus ob senectutem, aut adversam valetudinem inhabilis effectus est ad ecclesiam regendam, vel quia ab ejusdem ecclesiae administratione suspensus, vel remotus fuit; Benedict. XIV. de *Synodo diocetana* lib. 2. *cap.* 9. *num.* 7.

Ejus facultas modo amplior, modo strictior est; cum

pro Sacra Congregationis libito aliquando amplior, & aliquando limitetur, prout exigunt rerum circumstantiae, in quibus constituitur: unde ne erret in ministerio, debet facultates sibi concessas accurate perpendere; Idem *ib. num.* 7. Potest & debet sine Episcopo ecclesiae, cui praefectus est, celebrare synodum diocesanam; Idem *ib.* Vide *supra num.* 5. ubi quod ad Vicarium Apostolicum solum sine interventu Episcopi spectat facere concursus, sicut & synodus, & declarare magis idoneum; ut declaravit S. C. Episcop. & Regular. in *Lycien.* 9. *Junii* 1608. & in *Bisitanen.* 16. *Maji* 1653. Et *num.* 51. & 52. ubi viginti assignantur diversae justae causae, propter quas solet mitti Vicarius Apostolicus, & duodecim, propter quas solet removeri.

** Vicarii Apostolici Indiarum Orientalium non habentes Episcopum cum futura successione, tenentur assumere Vicarium Generalem. Benedict. XIV. constituit. *incip.* Ex *sublimi* §. 1. Et eidem assumpto Vicario Generali conceduntur omnes, & singulae facultates competentes Vicariis Capitalaribus Cathedralium, Sede vacante: Eidemque post Apostolici Vicarii obitum conceditur usus, & exercitium earum facultatum, quibus gaudebat, dum viveret, defunctus Apostolicus Vicarius Episcopi, iis dumtaxat exceptis, quae requirunt ordinem, & characterem episcopalem, vel non sine unione Sacrorum Olearum exercentur; Et quando-cumque necessitas urgeat, eidem conceditur facultas consecrandi calices, patenas, & altaria portatilia, cum sacris Oleis omnino ab Episcopo benedictis. Idem *ib.* §. 3.

Vicarii Apostolici per quascumque regiones constituti, qui Episcopi non sunt, teneantur sibi Pro-Vicarium eligere; Idem *const. inc.* Quam *ex Sublimi*, §. 2.

Alia de Vicariis Apostolicis in Anglia constitutis. Vid. *verb.* Missionarii.

Mitti solet Vicarius Apostolicus, tum Sede Episcopali vacante, tum Sede Episcopali plena. Priori casu exequi potest litteras, quae dirigi solent Vicariis Episcoporum, concedere dimissorias post annum, & intra annum arctatis, ac si esset Vicarius Capitalaris, nisi ei specialiter prohibeatur; Vulp. in *prax. for. eccles.* *cap.* 7. *num.* 15. Marchett. in *prax. Vicar. Cap. part.* 2. *tit.* 15. *num.* 64. Bass. de *Vicar. Apostol.* *tit.* 2. *num.* 1. Paaimoll. *dec.* 1. *adnot.* 5. *num.* 9. Tum conferre beneficia liberæ Collationis; Marchett. in *prax. Vicar. Capital.* *part.* 2. *tit.* 32. *num.* 15. Bass. de *Vicar. Apostol.* *tit.* 2. *num.* 1. Solet vero ut plurimum in Brevi, vel literis facultas haec concedendi litteras dimissorias, & conferendi beneficia limitari; Monac. *part.* 2. *tit.* 16. *form.* 8. in *princip.* & *rursus in adnot.* *sub n.* 3. in *fin.* & *praeterea formal.* 9.

Item potest concedere monitoria pro revelatione, & contra non revelantes devenire ad excommunicationem; Marchett. in *prax. Vicar. Capital.* *part.* 2. *tit.* 22. *n.* 7. Bass. de *Vicar. Apostol.* *tit.* 2. *n.* 5.

Potest praeterea eligere Concionatores; Bassi de *Vicar. Apostol.* *tit.* 7. *num.* 6.

De eo vero est dissensio, an possit erigere beneficia cum reservatione juris patronatus. Vide DD. apud Bass. de *Vicar. Apostol.* *tit.* 2. *num.* 10.

Convenit vero inter omnes, quod possit alieno Episcopo ad formam Concilii Tridentini *ser. 6. capit.* 5. impertiri licentiam exercendi pontificalia, tum conferendi Ordines non solum Subditi diocesis necessarii requisitis suffultis, sed etiam subjectis eidem Episcopo Ordinanti, immo etiam aliis aliunde cum dimissoriis suorum Ordinariorum confluentibus; Priviter. in *Manual. Antist.* *por.* 86. *per tot.* Bass. de *Vicar. Apostol.* *tit.* 2. *num.* 11.

Ad differentiam Vicarii Episcopi, tum Capitali, Vicarius Apostolicus utitur proprio sigillo, ac titulo Vicarii Apostolici, & aliis decoratur honoribus hujusmodi Vicariis concedi solitis ad instar Praesulum; Pignarelli. *consult. canon.* *tom.* 9. *cons.* 159. *num.* 10. & *seq.* *Leuren.* de *Vicar. cap.* 5. *quest.* 599. *n.* 2.

De Vicario Apostolico Sede plena differt Auctor, sed vide etiam de eo Bass. *d. tract.* *tit.* 3. *per tot.* VI.